

rubrica . et rubricandū faciēs furo co-  
lorē illi . et omnē maculā que in illo  
est plinēs terra: et faciat ei dignā ha-  
bitationē et in pariete ponens illud .  
et cōfirmans ferro ne forte cadat pro-  
spiciens illi: sciens quoniā nō potest  
adiuuare se. Imago enī est: et opus  
est illi adiutoriū. Et de substācia sua  
et de filijs suis . et de nuptijs . uotum  
faciens inquirat. Non erubescit loqui  
cū illo qui sine anima est: et pro sani-  
tate quidem infirmū deprecā: et pro  
uita rogat mortuū: et in adiutorium  
inutilem inuocat: et pro itinere petit  
ab eo qui ambulare non potest: et de  
acquirendo et de opando et de omni-  
um rerum euentu petit ab eo qui in o-  
mnibus est inutilis. **iiii**

**T**erū ali<sup>9</sup> nauigare cogitās et per feros  
flud<sup>9</sup> iter facere incipies: ligno portan-  
te se . fragili<sup>9</sup> lignū inuocat. Illud enī  
cupiditas acquirendi recogitauit: et  
artifex . sapientia fabricauit sua. Tua  
autē pater providentia ab initio cun-  
cta gubernat: quoniā dedisti in mari  
uiā . et inter fluctus senitā firmissimā:  
ostendēs quā potens es ex omnibz sa-  
nare . eciā si sine rate aliquis adeat  
mare. Sed ut nō essent uacua sapien-  
tie tue opera: ppter hoc eciā et exiguo  
ligno credūt hoīes animas suas: et  
transeuntes mare per rate liberati sūt.  
Sed et ab initio cū perirent superbi gi-  
gantes: spes orbis terraz ad rate con-  
fugiēs . remisit seculo semē natiuitatis:  
que manu tua erat gubernata. Bene-  
dictū est enī lignū: per quod fit iusticia.  
Per mau<sup>9</sup> autē quod fit ydolū male-  
dictū est . et ipm . et qui fecit illud: quia  
ille quidē operatus est: illud autē cum  
esset fragile deus cognominatus est.  
Similiter autē odio sūt deo: impi<sup>9</sup> et

impietas ei<sup>9</sup>. Etenī qd factū est  
qui fecit tormēta patietur. Per  
et in ydolis nationū nō erit re-  
qm creature dei in odiū facte  
temptationē anime hpm: et i-  
pula pedibz insipientiū. Quis  
fornicationis est exquisitio  
et adinuentio illorū corruptū  
Neq; enī erat ab initio: neq;  
perpetuū. Supuacuitas enī  
hec adinuenit in orbē terrarū  
breuis illorū finis est inuent<sup>9</sup>.  
enī luctu dolēs pater rapti cito  
fecit imaginē: et illū qui tu  
homo mortu<sup>9</sup> fuerat nūc rati  
tolere cepit: et cōstituit inter  
os sacra et sacrificia. Deind  
niente tpe . conualescēte imagi-  
tudine . hic error tamq; lex tu  
ē: et tyrannoz impio coletan-  
ta. Et hos quos in palā ho-  
rare nō poterāt propter hoc  
essent: a longinquo figura co-  
euidētē imaginē regis . que  
uolebāt fecerūt: ut illū qui ab  
q; presentem colerent sicut solū  
Prouexit autē ad hoc cultū  
q; ignorabāt . artificis egimē-  
tia. Ille enī uolens plus pla-  
se assumpsit: elaborauit ar-  
titudinē in melius figurarū  
tudo autē hoīm abducta pe-  
operis: dū qui ante temp<sup>9</sup> rati  
honorat<sup>9</sup> fuerat . nūc deū esse  
Et hec fuit uite humane decē-  
aut affectui aut regibz deseru-  
mines . in cōmunicabile no-  
dibus et lignis imposuerūt  
suffecerat errasse eos circa de-  
sed et i magno uiuentes i scie-  
rot et tam magna mala per-  
Aut enī filios suos sacrificia